



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

P

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

- tenus vtile dominium à parte trāsferri queat, & ad victum clerici sufficiat. *ead.* 7. *sepr.* 1630.
- 3 Patrimonium non potest capi in executionem ob illata vulnera alicui ad faciendas curationis impensas, etiam ex decreto iudicis, & etiam si nihil aliud possideat. *ead.* 5. *Febr.* 1604.
- 4 Ad Diaconatum non potest quis ordinari, promotus ob vilitatem alicuius Ecclesiæ, ab alio Episcopo, sub quo domiciliū habet; sed debet ab eo, qui eum subdiaconum creauit, nisi cum huius licentia discesserit. *ex Trid. sess. 23. cap. 16.*
- 5 Ob multitudinem ordinandorum, si desit tempus, qui in sabbato ordinari non possunt in sacris, continuato ieiunio ab ordinante, & ordinandis, possunt ordinari in sequenti die Dominico. *Henriq. lib. 10. cap. 12. num. 12. Dian. tom. 1. tr. 16. resol. 28.*
- 6 Non tamen in sabbato conferri potest vnus ordo sacer, & alter in Dominica, cōtinuato ieiunio, sub pœna suspensionis Papalis. *Nau. in Man. cap. 25. num. 71.*
- 7 Qui obtinet à Papa ordinari post tribus diebus festis, non potest in sabbato quatuor temporum, & in Dominica sequenti duos recipere ordines sacros. *Suar. de cens. disp. 3. sec. 1. n. 40. 42.*
- 8 Tres dies festos intelligi de duplicibus non feriat, docent *Rodrig. tom. 2. de regular. quæst. 23. ar. 5. Facund. de quinque præc. l. 1. cap. 2. num. 12.*
- 9 Sed Azor, cui adhæreo, *par. 2. l. 1. cap. 27. qu. 19.* intelligit de feriat à populo.
- 10 Licet Concilium Trid. in ordinando ad titulum patrimonij necessitatem, ac vilitatem requirat Ecclesiæ; tamen intellige illud, ac pro, vel *Congr. conc. 17. Mart. 1619.*

## Parochia.

- 1 **I**ta distinguantur Ecclesiæ Parochiales, vt quisque habeat proprium Parochum, & vbi non sunt Parochiales Ecclesiæ, fiant quàm primum. *Trident. sess. 24. cap. 13.*
- 2 Quorum Parochialium fructus adeò exigui sunt, vt debitis nequeant oneribus satisfacere, curet Episcopus per beneficiorum non regularium vnionem,

Barth. Gamm.

aut primitiarum, vel decimarum assignationem, vel parochianorum symbola, aut alia ratione, sufficienter eos augeri. *idem ibid.*

- 3 Vbi populus est numerosus, cui vnus non sufficit Rector, adiungantur alij, & cogantur Rectores. *idem sess. 21. c. 4.*
- 4 Vbi ob locorum distantiam parochiani non sine magno incommodo Sacramenta percipere possunt, & diuina officia audire, nouæ Parochiæ fiant, Inuitis etiam Rectoribus. *idem ibid.*
- 5 In erectione nouæ Parochiæ, seu separatione Parochiarum, non requiritur consensus parochianorum. *Ricciull. in praxi. resol. 476. an 2. edit. nu. 6.*
- 6 Neque consensus Parochi primæ Ecclesiæ, dummodo sine illius præiudicio fiat. *decisum refert Praxis noua Ep. par. 1. cap. 5. num. 1.*
- 7 Ecclesia simplex potest ex causa erigi in Curatam. *Garz. par. 12. cap. 5. n. 2.*
- 8 Non tamen beneficium simplex in Curatum. *decisum refert, cessante causa, & necessitate. Garz. ibid. num. 3.*
- 9 Parochis nouis assignetur competens portio, arbitrio Episcopi, ex fructibus ad matricem Ecclesiam, quomodocumque pertinentibus, & si est necesse, compellatur populus ad subueniendum. *Trident. loco cit. cap. 4.*
- 10 Parochiales collapsæ, etiam si iurispatronatus sint, reficiantur ex fructibus quibuscumque ad eas prouenientibus. *idem ibid. cap. 7.*
- 11 Si non sufficiunt, patroni, & alij, qui fructus aliquos percipiunt, item parochiani compellantur, aut si nimia est egestas, transierantur ad matricem, seu viciniores Ecclesias. *idem ibid.*
- 12 Valent prædicta etiam in Parochialibus Regularium. *Decisum refert Fran. Leo in thes. fori par. 2. cap. 2. num. 69.*
- 13 Canonici residentes in Cathedrali, & clerici eiusdem censentur de Parochia Cathedralis, non autem de ea, in qua habitant. *Nald. Parochia num. 13.*
- 14 Si non resident, sunt de ea, in qua habitant. *idem ibid.*
- V. *Benef. vnio num. 11. 12. 13. 14.*  
*Benef. mutatio num. 1. 3.*  
*Decima num. 9. 16. 19. 33.*

L 3 AD



## ADDITIO.

**I**N vim decreti. *Conc. Trid. sess. 21. cap. 4.* non potest Episcopus erigere coadiutoriam, sed debet cogere Rectorem ad assumendum sibi sacerdotes necessarios pro ministrandis sacramentis, decisum refert *Barbos de iure Eccl. l. 2. cap. 2. num. 10.*

## Parochorum residentia.

- 1 **R**esidere cogantur omnino. Trident. *sess. 6. cap. 2.*
- 2 Etiam Regulares Prou. 5.
- 3 Etiam ij, quorum institutio pertinet ad inferiores Episcopo. Decisum refert *Garz. part. 3. cap. 2. num. 179. in 2. & 27. declarat.*
- 4 Resideant in ædibus Ecclesiæ Parochialis, nisi aliud videatur Episcopo. Prou. 1.
- 5 Si non habent ædes proprias, conducant viciniores Ecclesiæ intra fines Parochiæ. Decisum refert *Garz. loco cit. in 22. declarat.*
- 6 Quod extenditur etiam ad substitutos, & coadiutores necessarios. Prou. 4.
- 7 Si in ædibus Parochialibus Rector, & socius habitare nequeunt, aptior ex ijs iudicio Episcopi, ibi habitet, alter in alia domo. *ibid.*
- 8 Capellani, & coadiutores Parochorum instituti à sede Apostolica tenentur ad personalem residentiam. decisum referunt DD. apud *Barbos. alleg. 53. num. 78. & alleg. 63. num. 9.*
- 9 Etiam si essent tantum incolæ, & si ibi fuerint duæ Ecclesiæ vnita, residendum est in digniori, & intra urbem, si altera est extra; si nescitur dignior, in frequentiori. decisum refert *Garz. loco cit. in 14. declarat.*
- 10 Qui Parochialem, & Canonicatum, seu Dignitatem in Collegiata habet, resideat in Parochiali. Pius V. Anno 1568.
- 11 Sub pœnis arbitrii Ordinarij, etiam priuationem beneficiorum. *ibid.*
- 12 Si Parochialis Ecclesia tribus, aut quatuor milliatibus distet à ciuitate, in ea tamen habitare debet Rector, nec habetur pro residente, qui Dominicis tantum diebus illuc accedit. decisum refert

*Garz. loco cit. in 17. declarat.*

- 13 Neque poterit abesse Rector ille, cui est coadiutor. decisum referunt DD. apud *Barbos. alleg. 63. num. 8.*
- 14 Qui Vicarium habet perpetuum, cui tota incumbit cura, non tenetur reside- re. decisum refert *Gonz. ad reg. 8. Cancel. gloss. 6. num. 99.*
- 15 Neque excusat à residentia senectus. decisum refert *Praxis noui. Episcop. par. 1. v. Residentia vers. 9.*
- 16 Neque officium Inquisitoris. decis. refert *Gonzal. loco cit. num. 265.*
- 17 Neque officium Subcollectoris Apostolici. decisum refertur *ibid.*
- 18 Neque officium Secretarij, seu Vicarij foranci. decisum referunt DD. apud *Barbos. sup. num. 86. alleg. 53.*
- 19 Neque negocium Episcopi. decisum refert *Garz. d. cap. 2. num. 2. in 2. declarat.*
- 20 Neque quod sit magister Grammaticæ in ciuitate, si distat parochialis Ecclesia vltra duo milliaria decisum refert *idem in 19. declarat. loco cit.*
- 21 Etiam si relinquat ibi Vicarium idoneum. decisum refert *Ricc. in praxi decis. 102. in 1. edit. & resol. 393. in 2. edit.*
- 22 Studendi causa non percipit fructus absens Parochus. decisum refert DD. apud *Barbos. alleg. 53. num. 77.*
- 23 Neque excusat defectus domus, neq; seruitium Cathedralis, neque lis, constituto etiam Vicario idoneo. decisum referunt DD. apud *Barbos. ibid. num. 85.*
- 24 Excusat causa inimicitiarum, & discrimen vitæ, vt possit abesse per annum, dato Vicario idoneo. decisum referunt DD. apud *Barbos. ibid. num. 89.*
- 25 Item infirmitas: vbi non adest copia medicorum, vel medicinarum, potest ab Episcopo dari dilatio Rectori trium, vel quatuor mensium, vt in locis vicinioribus curetur. decisum refertur in *Praxi noua. ep. v. Residentia vers. 7.*
- 26 Propter intemperiem aeris Parochus aliunde oriundus, de consensu Ordinarij, potest per quatuor menses habitare alibi, relicto Vicario idoneo. decisum refert *Garz. loc. cit. in 4. declarat.*
- 27 Omnino ne euocentur alio, etiam ad diuina officia, paulò ante festa Natalitia, & Paschalia, Parochi. Prouinc. 1.
- 28 Itaque vltra bimestre regulariter ne absint



- absint Parochi, & eo casu cum licentia in scriptis, & Vicario approbato, & ex graui causa Trident. *sess. 23. cap. 1.*
- 29<sup>a</sup> Valet Constitutio Episcopi inhibentis, ne Parochi absint ultra duos dies sine licentia. *decisum refert Garz. d. cap. 2. num. 23. in 2. declar.*
- 30 Sub pœna pecuniaria, quæ decimam dimidiam non excedat; non sub pœna excommunicationis latae sententiæ. *decisum refertur ibid.*
- 31 Absentes illegitimè peccatum mortale incurrunt, & pro rata temporis absentia non faciunt fructus suos, qui debentur in foro conscientia fabrica Ecclesiae, aut pauperibus loci. Trident. *sess. 23. cap. 1. sine citatione, decisum refert Garz. num. 27.*
- 32 Si contumaces sint, vsque ad priuationem beneficii compellantur per censuras, & alia iuris remedia. *idem ibid.*
- 33 Procedens Episcopus per subtractionem fructuum contra Parochos non residentes, non tenetur seruare interualla omnia, quæ contra Episcopus statuit Trident. *decisum refert Garz. ibid. num. 31.*
- 34 Neque conuentio, neque compositio vlla valet circa fructus amissos. Trident. *loco cit.*
- 35 Neque vigore Bullæ Cruciatæ, seu alterius priuilegij. *decis. refert Garz. loco cit. num. 26.*
- 36 Vicecuratus non tenetur ad residentiam, ex edicto, quod fit ad Curatos. Congreg. Episc. 24. Ianuar. 1617. *V. Canonorum residentia. num. 20. 24. Residentia. num. 1. 5.*

A D D I T I O.

- 1<sup>a</sup> DE domibus pro necessaria Parochi habitatione intelligendum est idem, quod de Ecclesijs Parochialibus reparandis est *decisum, refert decisum Barbof. de off. Parochi par. 1. cap. 13. num. 12.*
- 2<sup>a</sup> Absentia licentiam debet dare Episcopus, etiamsi collatio Parochialis Ecclesiae ad inferiores, etiam Regulares, spectet, *decisum refert Garz. de benef. par. 3. cap. 2. num. 179.*
- 3<sup>a</sup> Nisi iurisdictionem habeant quasi Episcopalem. *idem ibid.*

Parochorum munera.

- 1<sup>a</sup> Requenter celebrent, ita vt suo muneri satisfaciant. Trident. *sess. 23. cap. 14.*
- 2<sup>a</sup> Offerant sacrificium pro ouibus. *idem ibid. cap. 1. V. Missa Parochialis. num. 1. 7. seqq.*
- 3<sup>a</sup> Iuxta viri prudentis arbitrium. DD. cum Barbof. *alleg. 24. num. 23.* Negat teneri ad applicationem sacrificij. Nald. cum aliis. *V. Parochus num. 19.*
- 4<sup>a</sup> Clericus adsit, populi etiam sumptu, si minus ille potest suo. Prou. 4.
- 5<sup>a</sup> Prædicent populo omnibus diebus festis. Trident. *sess. 24. cap. 4.*
- 6<sup>a</sup> Vim Sacramentorum, & usum explicent inter Missarum solemnias. *idem ibid. cap. 7.*
- 7<sup>a</sup> Ieiunia, & dies festos commendent, & euulgent. *idem sess. 25. in fin.*
- 8<sup>a</sup> Decreta matrimonialia Concil. Trident. publicent, & explicent. *idem sess. 24. cap. 1.*
- 9<sup>a</sup> Præmoneant populum de oratione processione, anniuersariis per hebdomadam, seu exequijs faciendis. Prou. 3.
- 10<sup>a</sup> In Quadragesima quotidie, vel tribus diebus per idoneos expensis suis, iudicio Episcopi, conciones procurent. Trident. *sess. 24. cap. 4.*
- 11<sup>a</sup> Nec omitantur conciones eo prætextu, quia in Cathedrali eæ habentur. Prou. 7.
- 12<sup>a</sup> Sacramenta ministrent. Trident. *sess. 23. cap. 1.*
- 13<sup>a</sup> In Baptismo non omnes leuantes de fonte admittant, nisi certos. *idem sess. 24. cap. 2.*
- 14<sup>a</sup> Liceat parochi aduenas, & peregrinos, quos intra fines suæ parochiæ, vel ad breue tempus morari contigerit, etiam Paschali tempore consentes audire, nisi ii de industria eò diuertirint, ne in propria Parochiali sacramenta sumant. Prou. 7.
- 15<sup>a</sup> In festo Ascensionis significent Episcopo eos, qui in Paschate non communicarunt, sub pœna suspensionis ipso facto. *ibid.*
- 16<sup>a</sup> Contumaces autem, de mandato ta-



- men Episcopi, Domin. 2. post Pentecosten intra Missarum solemniam interdicos ea de causa denuncient, eorumque nomina valuis Ecclesie affigant, & intra dies quindecim curent, vt affigantur valuis Ecclesie Cathedralis. *ibid.*
- 17 Nuptias ipsi benedicant. Trident. *sess.* 24. *cap.* 1.
- 18 Vesperas in diebus festis recitent, etiam cum altero tantum, alta voce, stata hora. Prou. 3.
- 19 Horas canonicas in solemnioribus festis canant in Ecclesia, vbi id commode fieri potest, Episcopi iudicio. Prou. 4.
- 20 Diebus festis pueros fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes doceant. Trident. *sess.* 24. *cap.* 1. *V. Doctrina Christiana num.* 1. 15.
- 21 Ad Parochum pertinet functiones Sacerdotales in Ecclesiis, quae sub laicorum sunt gubernio, non ad capellanos, neque ad Sacristam, nempe benedictiones cinerum, candelarum, ramorum, fontis baptismalis, delationes Sanctissimi Sacramenti, celebratio Missarum in Fer. V. Cænae Domini, aspersiones dormorum, & quae in Ecclesia fiunt die Dominico, orationes 40. horarum, & similes. Congr. Rit. 18. Maij 1602.
- 22 Librum baptizatorum habeant. Trident. *sess.* 24. *cap.* 2.
- 23 Item matrimoniorum. *idem ibid.* *cap.* 1.
- 24 Item librum, in quo omnium, qui in eorum parochiis sunt, nomina, sexus, ætatem, & statum habeant. Prouinc. 3.
- 25 Negligentes in conficiendis prædictis libris, & defunctorum, decem aureis mulctentur. Prou. 7.
- 26 Habeant Homiliarium Summam Antoninam, vel aliam, præter libros communes clericorum. Prou. 4.
- 27 Ad munera parochialia compellantur, etiam Curati Regulares. Prou. 3.
- 28 Neque semper potest Parochus alterum sibi substituere etiam approbatum, ad confessiones suorum subditorum audiendas. decessum refert. Campanil. *Rub.* 12. *cap.* 13. *num.* 61.
- 29 Illi etiam, idest, Regulares, tenentur adesse benedictioni fontis baptismalis in Sabbato Sancto si tenentur alij. Congr. Episc. 12. Decembr. 1595.
- 30 Et debent habere socium regularem in
- domo Parochiali. eadem 21. Iunij 1595.
- 31 Curati Religionis Hierosolymitanæ tenentur, & ipsi ad omnes functiones, ad quas Curati alij. eadem 28. Apr. 1599.
- 32 Et accedere quoque ad Congregationes casuum conscientiarum. Congr. Conc. 18. Martij 1598.
- 33 Monentur præterea Curati omnes, vt deponant nimium affectum erga propinquos. Trident. *sess.* 25. *cap.* 1.
- 34 Hospitalitatem ament. *idem ibid.* *cap.* 8.
- 35 Pauperum, & miserabilium personarum curam paternam gerant, *idem sess.* 23. *cap.* 1.
- 36 Ne pueros certa mercede pacta alant domi clericos autem, & pauperes parochia pueros futuros clericos, de consensu Episcopi, possunt. Prou. 4.
- 37 Neque ludum aperiant litterarum extra fines Parochia. *ibid.*
- 38 Neque cantoris, musicivè munus in alia Ecclesia suscipiant, sine licentia Episcopi. *ibid.*
- 39 Neque aliud munus, quod impedire possit residentiam. Prou. 5.
- 40 Si illiterati sint, possunt eis dari Vicarij, vel coadiutores cum parte fructuum competenti. Trident. *sess.* 21. *cap.* 6.
- 41 Inter Rectorem, & socium emolumenta diuidantur certa lege, iudicio Episcopi. Prou. 4.
- 42 Seruitia animarum, & Ecclesie non diuidantur per hebdomadas, vbi sunt plures Parochi, sed omnes sint, vt vnius. *ibidem.*
- 43 Qui scandalosè viuunt, post monitionem castigentur, & incorrigibiles priuentur etiam beneficijs. Trident. *sess.* 21. *cap.* 6.
- 44 Nullum tradant testificationis genus è libris parochialibus descriptum sine licentia Episcopi, nisi de natalibus, vel ætate. Prou. 3.
- 45 Morituro Parocho vicinior sacramenta ministret, & mortui funus obeant vniuersi Parochi regionis illius in qua degebat. Prou. 2.
- 46 Quisque ex prædictis Missam pro eo faciet, & vna omnes ad Missam pro eo solemnem conuenient, die statuta à Præfecto, seu Vicario foraneo: & hæc omnia gratis. *ibid.*
- 47 Successor Parochi prædefuncti animam



nam iuuet celebrando quotannis anniuersarium cum Missa pro eo. Pro. 6. V. Baptismus num. 2. 10. Cleri conuentus n. 2. 15. 18. 19. Concio sacra nu. 5. 6. 54. & seqq. Confessarius. num. 4. 5. Confraternitates n. 12. 38. & seqq. Eucharistia. nu. 4. & seqq. Exequia. nu. 14. & seqq. Matrimony celebratio per totum. Missa. num. 15. 60. Monialium cura spiritualis. numer. 10. 31. Oratio publica. num. 22. 24. Oratorium. n. 7. Ordo. num. 24. Pestis. num. 1. 2. 8. Præcedentia. num. 14. Quadragesima. numer. 5. Synodus Diocesana numer. 13. 15. V. sira num. 17.

## ADDITIO.

- 1 Non censetur approbatus Parochus per tota ciuitate, & Diocesi, decifum referunt *Piasec. in praxi Episcop. part 2. cap. 1. num. 10. & Barbof. de pot. Episc. alleg. 25. num. 8.*
- 2 Parochus cathedralis Ecclesie non potest ministrare Sacramenta in aliena Parochia. *Congr. 20. Sept. 1628.*
- 3 Parochus secularis audiens confessiones tenetur deferre superpelliceam, & stolam. *Congreg. Episcop. 8. Nouembris 1588.*
- 4 Parochus seclusa Episcopi reservatione, potest dare simplici Sacerdoti licentiam administrandi Sacramenta, excepto Pœnitentiæ. *Congreg. Episc. 20. Aug. 602.*
- 5 Neque sine causa debet ei Episcopus hoc idem prohibere. *e ad. ibid.*
- 6 Non potest Episcopus cogere Parochum, vt subministret necessaria præsbyteris uolentibus celebrare in Parochiali. *Congr. Rituum 10. Iunij 1602.*

## Patriarcha.

- 1 Patriarchæ sunt quatuor propriè, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus, & hic eorum ordo Sylu. V. Patriarcha.
- 2 Alij propriè sunt Primates, vt Aquilensis, Gradensis, & huiusmodi. *idē ibi.*
- 3 Conferunt Metropolitanis suis palliū. *idem ibid.*
- 4 Faciunt ante se vbique crucem deferri, nisi in Vrbe, & ubi est Papa, vel Le-

gatus eius vtens insignijs Papalibus, quæ enumerat Sylu. *ibid.*

- 5 Crux autem geminum lignum tranfuerfarium habet, cuius superius est breuius, inferius longius. DD. citat. à Barbof. *de potest. Episcop. tit. 3. nu. 25.*
- 6 Prædicta priuilegia non competunt alijs minus propriè Patriarchis, sed quatuor tantum supra relatis. DD. apud Barbof. *loco cit. num. 37. V. subsidium caritat. num. 1.*
- 7 Non potest tamen solemniter benedicere, nisi intra Diocesim, non extra eam. Syll. *supra.*
- 8 De eorum iurisdictione in Archiepiscopus. Syll. *supra.*
- 9 Patriarcha habens aliquas Ecclesias immediatè sibi subiectas in aliena Diocesi, non potest dare licentiam Pontificalium in ijs, sine consensu Episcopi Diocesis, decifum refert Riccius *in praxi fori post resol. 495. in not. ab. de mat. Episcop.*

## Pensio.

- 1 Non potest Episcopus per resignationem reseruare alicui pensionem; quia resignationes in fauorem sunt prohibita; per Bullam Pij V.
- 2 Potest autem, ex causa permutationis, vt ea sit æqualis. Bulla Pij V. *cit. à Leon. in Thesaur. fori par. 2. cap. 7. nu. 17.*
- 3 Potest Episcopus ex iusta causa, puta pro bono pacis, vel studio scholaris pauperis, vel in utilitatem Ecclesie reseruare pensionem, & imponere. DD. cū Rot. apud Barbof. *all. 69. nu. 15.*
- 4 Item in collatione beneficiorum per obitum vacantium, & ad Episcopi collationem spectantium. Leo *supra n. 29.*
- 5 Non tamen super quotidianis distributionibus; nec excedat tertiam partē fructuum beneficij, *idem ibid. n. 30.*
- 6 Omnino non excedat medietatem veri valoris beneficij. Urban. VIII. 24. Ianuarij 1624. \*
- 7 Etas septem annorum sufficit ad pensionem. Ricc. *in praxi resol. 367. in 2. edit.*
- 8 Obligatur Pensionarius ad Horas paruas B. Virginis. Pius V. An. 1571.
- 9 Sub pœnis, quas diximus supra.



V. Hor. & Canonica. num. 29.

- 10 Si pensio minor sit sexaginta ducatis de camera, non tenetur ad habitum clericalem. Sixt. V. An. 1589.
  - 11 Pensionarius habetur pro Clerico beneficiato ad effectum privilegij fori, si incedat in habitu. Decisum refert Garz. parte. 1. cap. 5. num. 70.
  - 12 Illegitimij clericorum filij non possunt habere pensiones super beneficia que parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt. Trid. sess. 25. cap. 15.
  - 13 Oneratus pensione non debet solvere de fructibus Canonatus gravari fabricæ, seu sacristiæ, si ea est consuetudo, nisi de fructibus, quos liberè percipit, cum fideiussione soluendi reliquum, cum pensio cessauerit. Prou. 2.
  - 14 Pensio soluitur in fine semestris, non pro rata mensium, quibus vixit Pensionarius. Naldus. Pensio nu. 9.
  - 15 Non transit pensio ad successorem in beneficio, nisi à Papa referuetur. Leo supra nu. 31. & est necessarius consensus eius, cui beneficium Episcopus confert. idem ibid. num. 73.
  - 16 Extinguitur pensio per religiosam professionem, prout vacant beneficia. idem ibid. nu. 73.
  - 17 Pensio amittitur per contractum matrimonij. DD: apud Barbof. alleg. 57. nu. 206.
  - 18 Extingui potest anticipatis aliquot solutionibus sine auctoritate Papæ. Leo ubi supra num. 74. negat Moneta de distribut. nu. 52. cum Nau. cap. 23. num. 111. & Nald. Pensio num. 10.
  - 19 Pensiones in Cancellarijs Episcoporum assignatæ, nisi sint iuridicæ, tollantur. Prou. 1.
  - 20 Incapacitas beneficiorum, ratione homicidij, non extenditur ad pensiones. decisum refert Riccius in Praxi decis. 524. num. 4.
- V. Benef. Paroch. provisio. num. 56. Pluralitas. num. 14. Benef. permutatio numer. 9. Concio sacra. num. 58. Ecclesia. num. 17. Filij clericorum illegitimi. num. 22. Fori privilegij num. 15. illegitimi. num. 14. Ordines maiores. nu. 9. 10. Seminarium Clericorum. num. 34. Subsidiium caritativum. num. 15.

### Peregrinationes sacræ.

- 1 Nullus Sacerdos, aut Clericus sine litteris, & benedictione Episcopi, se committat itineri, peregrinationis causa. Prou. 4.
- 2 In litteris exprimantur comites. ibid.
- 3 Nec ostiatim quæritet, nisi ex voto, vel alia causa ab Episcopo probata in scriptis. ibi.
- 4 Reuersus adeat Episcopum, seu Vicarium. ibid.
- 5 Laici eadem præstent cum suis Parochis. ibid.

### Persona infames.

- 1 Assignato meretricibus loco in civitate pro eorum incolatu extra fines illius ne habitent. Prou. 5.
  - 2 Qui domum eis locauerit extra, excommunicatione puniatur. ibid.
  - 3 Neq; habitent propè Ecclesiâ. Prou. 4.
  - 4 Contra caupones, qui eas alunt in cauponis ad turpem quæstum agatur poena interdicti, & alijs grauioribus. Prou. 5.
  - 5 Amictum aliquem habeant, quo dignoscantur. Prou. 1.
  - 6 Ne ultra diem commorentur in tabernis publicis, & cauponis. ibid.
  - 7 Non est eis prohibenda auditio Missæ, neq; diuinorum officiorum. Congr. Episc. 23. Iulij 1602.
  - 8 Vicelegatus non potest eisdem concedere latuæ usum, quibus prohibuit Episcopus eadem 9 Martij 1604.
- V. Bene dictio. nu. 18. In patronatus. nu. 19. Monialium monasteria. num. 23. Oblationes. num. 8.

### Pestis.

- 1 Tempore pestis tenetur Parochus ministrare Sacramenta saluti necessaria, vel dare suis expensis, qui ministrat. Sæ. Parochus.
- 2 Si Parochus hoc tempore renunciet beneficium, non debet admitti renunciatio. Rodr. in sum. cas. consc. par. 2. cap. 37. num. 3. ad vlt.
- 3 Deficientibus Curatis tenentur sacer-



- Notes deputati ab Episcopo, cui in ordinatione promiserunt obedientiam.
- 4 Episcopus tenetur curare ministros Sacramentorum, etiam si multum debeat expendere. Bannes 2.2. quæst. 33. art. 3. dub. 4.
- 5 Potest vendere bona Ecclesiæ in hanc causam. idem *ibid.*
- 6 Eucharistia non debet ministrari cum instrumento. Acta Mediol. Eccl. de cura pestil. ca. 15. nu. 2.
- 7 Alij concedunt cum cochleari argenteo. Venerus in Exam. Episc. lib. 4. cap. 6. num. 46.
- 8 Vngi posse infirmum cum argentea virga, docet Nald. Sacramentum num. 7. in fine.
- 9 Potest Episcopus cum consilio sui Capituli, & Theologorum, & Medicorum dispensare, ut omnes tempore pestis in Quadragesima comedant carnes, & profuit Panormitanis. Anno 1625. Nau. consil. final. de obseruat. ieiunij cit. à Venero sup. num. 53.
- 10 Missæ celebrari possunt extra Ecclesias. Acta Med. Eccl. loco cit. cap. 13. nu. 6.
- 11 Vestibus uti poterunt ministri breuioribus. *ibid.* cap. 15. nu. 2.
- 12 Plura de cura Pestilentiæ. *ibid.*
- 13 Sacerdos, & Diaconus peste laborantes possunt se ipsos communicare singillatim sine ministerio alterius. *ibid.* c. 9. nu. 4. 5.
- 14 Laicus absente Sacerdote, tempore pestis potest absolueri à censuris. *ibid.* cap. 12. num. 3. & seqq.
- 15 Personis Ecclesiasticis non potest Princeps prohibere egressum è domo, vel Monasteria claudere. decisum 21. Ianuarij 1631. refert Marchinus par. 4. c. 2. num. 4. in fine.
- 16 Nisi titulo defensionis naturalis, ne Ecclesiasticus infectus peste inficiat alios. idem *ibid.* nu. 6.
- 17 Neque potest Princeps destinare Monasteria pro Lazaretis, incòsulto Rom. Pont. decisum 21. Ian. 1631. refer. *ibid.* c. 3. nu. 31.
- 18 Nisi periculum esset in mora, & Papa destaret. *ibid.* nu. 41.
- 19 Tenentur Regulares in penuria Sacerdotum ministrare Sacramenta vocati ab Episcopo. idem p. 5. c. 1. n. 10.
- 20 Facultas exeundi domo Regularibus datur non ab Episcopo, sed à Nuntio Apostolico, si ibi est. *ibid.* c. 3. num. 1.
- 21 Causa item audiendi confessiones fidelium intra domos eorum, vel ad ianuas, spectat licentiam dare ad Nuncium. *ibid.* cap. 4.
- 22 Potest fieri factum, Missæ, de licentia Episcopi in vijs publicis. idem p. 6. cap. 1. num. 5.

ADDITIO.

- 1 Tenentur Parochi residere, Decreto Greg. XIII. 10. Decem. 1577. apud Marchinum de bello diu. p. 3. c. 2. n. 13.
- 2 Et tenentur ministrare Sacramenta Baptismi, & Pœnitentiæ, saltem per alios. idem *ibid.*
- 3 Non alia Sacramenta, si cum maximo vitæ periculo. *ibid.* nu. 4.
- 4 Tempore magnæ Pestilentiæ valde fauientis, cessant omnes casus reseruari, & omnes Sacerdotes, etiam non approbati, possunt absolueri. *ibid.* c. 3. n. 3. 4.
- 5 Imò vero etiam coram approbatis, si non approbatus audit prius pœnitentem. *ibid.* nu. 13.
- 6 Quilibet sacerdos, & eo absente Diaconus potest ministrare Eucharistiam peste laborantibus. *ibid.* c. 8. n. 4. 5.
- 7 Nequaquam clericus, neque laicus. *ibid.* nu. 6.

Pie dispositiones.

- 1 Executores omnium piarum dispositionum sunt Episcopi. Triq. sess. 22. cap. 8.

Pœnitentiarius.

- 1 IN omnibus Cathedralibus Pœnitentiarius instituitur ab Episcopo, cum vnione præbendæ proximè vacaturæ. Triq. sess. 24. cap. 8.
- 2 Præbenda vacatura vnienda intelligitur extra mentem Pape, decisum refert Garz in addit. ad par. 5. cap. 4. num. 127.
- 3 Portio, quæ sit in Ecclesia, non potest erigi in Pœnitentialem præbendam, sed Canonialis esse debet. decisum



31. *Maj* 1596. à Congr. Concil.
- 4 Potest per solum Episcopum constitui, ad quem quoque spectat electio personæ, quoties opus fuerit, exercendo tali officio, neque requiritur consensus Capituli. *decisum refert Garz. par. 5. cap. 4. num. 138.*
- 5 Collatio præbendæ vnienda ab ijs fieri debet, ad quos antea spectabat. *decisum ibid. refertur.*
- 6 Si contingat vacatio in Mense Apostolico, vel aliàs præbenda sit reservata, vel affecta; electio personæ Pœnitentiarij pertinet ad Papam. *Decisum refert Gonzal. ad reg. 8. cancel. glos. 9. §. 2. n. 84.*
- 7 Absente Episcopo, Capitulum, ad quod collatio spectat, non potest se intromittere in electionem Pœnitentiarij, sed expectetur electio ab Episcopo. *decisum refert Garz. supra num. 143.*
- 8 Negligente Episcopo, aut Vicario, post sex menses à die vacationis electio deuoluitur ad Capitulum. *Barbos. alleg. 55. num. 16.*
- 9 Sede vacante, non potest Capitulum eligere, licet collatio sit communis Capitulo, & Episcopo. *decisum refert Garz. loco cit. nu. 145.*
- 10 Et electio eo casu spectabit ad Papam, etiam seclusa reservatione. *decisum refert idem ibid. num. 150.*
- 11 Pœnitentiarius institutus ante vacationem præbendæ ei officio vnità, non habetur pro Canonico, neque vocem in Capitulo, neque locum habet in Choro. *decisum refert Garz. loco citat. addit. nu. 111.*
- 12 Tenetur tamen ita initiatus officium exercere. *decisum à Congr. Concil. 1. Martij 1598.*
- 13 Fiat concursus in collatione Pœnitentiarij, nisi spectet ad Sanctissimum. *Prou. 5.*
- 14 Sit ille annorum 40. magister, vel doctor, aut licentiatus in Theol. seu iure Canonico. *Trid. sess. 24. cap. 8.*
- 15 Defectus ætatis 40. annorum non obstat, vbi aliàs aptior pro loci qualitate non reperitur. *Garz. loco cit. nu. 133.*
- 16 Regulariter autem ætas 40. annorum debet esse completa. *Idem ibid. n. 35.*
- 17 At sufficit inchoata. *Azor. p. 2. lib. 6. ca. 5. quæst. 6.*
- 18 Est enim veluti Parochus totus Diocesis. *DD. apud Barb. alleg. 55. nu. 19.*
- 19 Vbi optantur præbendæ, erecta Pœnitentiarij, non potest optare Pœnitentiarius; neque eius optari præbenda. *decisum refert Garz. loco cit. num. 132. & seqq.*
- 20 Non potest sibi alium substituere in audiendis confessionibus. *Congr. Epi. 2. Octobr. 1584.*
- 21 Neque videtur posse delegare suam potestatem, nec generaliter, nec particulariter. *DD. apud Barb. alleg. 55. n. 22. affirmat posse Nau. cap. 27. nu. 45.*
- 22 Non potest absoluerè à casibus Episcopo referuatis expressè, nisi speciatim Episcopus dederit illi facultatem. *decisum refert Garz. loco cit. nu. 115.*
- 23 Tenetur integras audire confessiones, non autem solos casus referuatos. *Congr. Conc. 21. Apr. 1587.*
- 24 Debet assistere certis horis opportunis, in loco, & sede, arbitrio Episcopi. *decisum refert Garz. loco cit. nu. 118.*
- 25 Adsit diebus festis solèmnibus, in Quadragesimâ, Aduentu, Quatuor Temporibus, Paschate, Ascensione, & eiusmodi. *decisum refert idem ibid. n. 122.*
- 26 Non debet manu virgam tenere, sicut in Vrbe. *Barbos. loco cit. nu. 8.*
- 27 Si renuat audire confessiones, puniri debet, & cogi. *decisum refert Garz. loco cit. nu. 118.*
- 28 Non tamen potest cogi ad maiorem residentiam, quàm alij Canonici, qui per tres menses abesse possunt, dummodò non absit eo tempore, quo pœnitentes frequentius accedunt. *decisum refert idem ibid. nu. 122.*
- 29 Habetur autem pro præsentè in choro, dum audit confessiones, etiam extra sedem confessionalem. *decisum referunt DD. apud Barbos. loco cit. nu. 30.*
- 30 Imò, & censetur præsentè in confessionibus, dum audit confessiones. *decisum refert Garz. loco cit. nu. 125.*
- 31 Item & in funeribus. *decisum refert idem ibid.*
- 32 Non censetur præsentè, dum non audit, licet sit in sede confessionali, & recitet officium priuatim. *decisum referunt DD. apud Barbos. d. nu. 30.*
- 33 Neque quando audit ante horam diuino-



uimorum officiorum, & postea hoc tē-  
pore celebra: Missam, aut priuatim re-  
citāt Horas. Prou. 5.

34 Neque, quando audit confessiones  
extra Ecclesiam, etiam infirmorum.  
Garz. loco cit. m. 125.

35 Qui tempore Paschatis confitetur Pe-  
nitentiario, satisfaciit præcepto. Congr.  
Concil. 16. Febr. 1595.

## Præcedentia.

1 **C**ontrouersia omnes de præcedē-  
tia inter Ecclesiasticos, sæculares,  
& regulares, in processibus, & alijs  
casibus componantur ab Episcopo, a-  
mota omni appellatione. Trid. sess. 23.  
cap. 13. de regul.

2 Inter Fratres, & inter Cōfratres ij præ-  
cedant, qui sunt in quasi possessione  
præcedentiæ. Greg. XIII. Anno 1583.

3 In dubio ij, qui sunt antiquiores in lo-  
co controuersia; & qui Confratres vsi  
prius sunt factis. *ibid.*

4 In futurum qui nouas domos alicuius  
Ordinis Mendicantium erigere volūt,  
vbi sunt alij Mendicantes, ii sunt po-  
steriores in processibus, & publicis  
actibus. *ibid.*

5 Saluis iuribus dictorum Ordinum,  
quando diuersa sunt in processibus,  
seu concilijs generalibus, seu alijs acti-  
bus publicis, aut priuatis. *ibid.*

6 Illud obseruetur regulariter, quod Ro-  
mæ, inter Regulares. Congr. Episc. 26.  
*Aug. 1259.*

7 Consuetudo præualet Constitutioni  
Greg. XIII. ead. 8. *Junij 1618.*

8 Præcedentia Regularium intelligitur  
quando Monasterium est prius ere-  
ctum non simplex domus. Congr. Episc.  
8. *May 1584.*

9 Canonici Lateranenses præcedunt Mo-  
nachos in processibus. Pius IV. 23.  
*sep. 1563.* & Congr. Episc. 30. *May 1583.*

10 Monachi Fulientes præcedunt omnes  
Mendicantes. Congr. Concil. 23. *Junij*  
1592. \* decreto impresso Romæ.

11 Fratres Prædicatores præcedunt reli-  
quos Mendicantes. Pius V. & Gregor.  
XIII. apud Fuscum de Visit. *lib. 2. cap.*  
15. *num. 66.*

12 Fratribus obseruantibus reformatis

etiã sine familia incedentibus, debetur  
præcedentia à Regularibus aliorum  
Ordinum. Congr. Rit. 10. *Dec. 1629.*

13 Capuccini incedere possunt sub cruce  
aliorum S. Francisci. Gregor. XIII.  
*Ann. 1583.*

14 Generaliter Rector in sua Ecclesia  
præcedit alios quoscumque non sibi  
superiores ordine hierarchico, puta  
Decanum, & Capitulum Collegiatæ,  
ad eam Ecclesiam accedentes. Rota  
apud Barbof. *alleg. 78. num. 38.*

15 Latini Græcos præcedant. Congr.  
Episc. 17. *Aug. 1618.*

16 Abbas sæcularis exemptus habens  
vsu mitræ, & baculi, præcedit Com-  
mendatarios, qui & inter Abbates  
sunt recipiendi ex declar. Greg. XIII.  
apud Gemens. *in praxi cap. 49.*

17 Abbates præcedunt Canonicos Ca-  
thedralis non collegialiter incedentes.  
Tamburin. *de iure ab. disp. 25. quest. 2.*  
*Vide Abbas num. 40.*

18 Item Protonotarios non participan-  
tes. Cer. Ep. *lib. 1. cap. 23.*

19 Item Vicarium Generalem Episcopi,  
si sæculares sint pro consuetudine ta-  
men Ecclesiarum. Car. loco cit. & Tam-  
burin. *loc. cit. quest. 3.*

20 Prælati post Episcopum incedant.  
Congr. Rit. 12. *Junij 1617.*

21 Prælatus Referendarius Canonicus  
extra Ecclesiam præcedit alios Cano-  
nicos, & Dignitates. eadem 6. *Jun. 17*  
4. *Jul. 1626.*

21 Vicarius Generalis debet præcedere  
Gubernatorem non Prælatum in tem-  
poralibus etiam Episcopo præsentē  
eadem 28. *Apr. 1607.*

23 Item præcedit Abbatem Regularē.  
Congr. Episc. 31. *Jul. 1615.*

24 Vicarius Generalis in processione cū  
Capitulo incedere potest ante Episco-  
pum. Congr. Rit. 12. *Jun. 1627.*

25 In accipiendis cineribus, candelis, &  
palmis attendatur consuetudo in Vi-  
cario, & Canonicis. ead. 15. *Mar. 1608.*

26 Item in thurificatione, & alijs. ea. *ibid.*  
27 Nisi Canonici sint parati, eadem 19.  
*May 1607.* & 15. *Martij 1608.*

28 Neque præcedit Canonicos paratos.  
eadem 6. *Martij 1610.*

29 Episcopo sedente in Choro inter Cano-  
nicos,



- nicos, extra sedem Pontificalem, Vicarius sedeat extra in loco conuenienti. Congr. Episc. 16. *May* 1600.
- 30 Vicarius Capitularis, sede vacante, si antiquiores. Rebuff. pract. ben. in for. vicariatus num. 28. & decisum à Sacra Congr. Rituum, refert Riccius in *Praxi* decis. 475. num. 5.
- 31 Protonotarij Apostolici non participantibus cedere locum Canonicis collegialiter incedentibus. eadem 23. *Martij* 1619.
- 32 Præcedunt autem Canonicos non collegialiter incedentes. ead. 1. *Iulij* 1628.
- 33 Vbi non est Collegium, sedere possunt in presbyterio in habitu Prælatitio, & in processione incedere potest celebrantem, eadem *ibid.*
- 34 Debent item cedere locum Officialibus Episcopi, eadem 10. *Apr.* 1604.
- 35 Idem sedebunt post Abbates. eadem 6. *Martij* 1610.
- 36 Priori Collegiata non competit præcedentia supra Canonicos Cathedralis. Congr. Rit. 19. *Aug.* 1619.
- 37 Canonicus Collegiata in Romana Ciuitate est dignior Canonico Cathedralis alterius ciuitatis. decisum refert Zerola par. 2. v. *Canonica.*
- 38 Inter Canonicos præcedant, qui in ordine presbyterali Canonicatum presbyteralem obtinent; deinde, qui Canonicatus Diaconales; postremi sint alij, licet hi promotione sint antiquiores prædictis non obstante consuetudine. S. Rit. Congr. apud Ricc. in *Praxi* decis. 579. nu. 2.
- 39 Inter aequales præcedit Canonicus prior in processione non in Data. Riccius *ibid.* decis. 580. num. 4.  
V. *Coadiutor* etc. num. 22. 23. 24. *Confraternitates.* num. 49. *Doctor.* num. 4. *Exequiæ* num. 16. *Seqq.* Vicarius foraneus. num. 5. 6.
- EXCEPTIO METROPOLITANO EIUSDEM, si cet. alias debeat aduenas, honorare. Congr. Rit. *Ian.* 1609.
- 2 Episcopus consiliarius Regis sedet eo casu post alios consiliarios, vel certe non eos præcedit, vt Episcopus. Ricc. in *Praxi* resol. 203. num. 3. in fine.
- 3 Si adsit in regio senatu, vel in Regalibus cancellarijs, alicuius litis propria, vel suæ Ecclesiæ causa, sedebit inter senatores ad sinistram Præsidis. Barbof. de iure Eccl. l. 1. c. 12. n. 35. *Decimoquinto.*
- 4 Episcopus canonicus præcedit omnes Canonicos, & Dignitates in omnibus actibus Congr. rituum 11. *Iul.* 1617. 13. *Novembr.* 1621.
- 5 Coadiutores Episcoporum sedent inter Episcopos loco suæ promotionis. ead. 20. *Sept.* 1596.
- 6 Vicario præsentem in choro, & Episcopo absente si primū stallum detur Vicario in dextera altaris, sedebit in parte sinistra prima Dignitas, secunda post Vicarium. ead. 25. *Sept.* 1613.
- 7 Vicarius Capitularis, qui non est canonicus in Capitulo sedere debet post primam Dignitatem. eadem *Sept.* 1630. apud Barbof. de canonic. 36. nu. 8.
- 8 Canonici Cathedralis Ecclesiæ præcedunt Canonicos collegiata, etiam in hac Ecclesia, non obstante consuetudine. ead. 2. *Oct.* 1597. 19. *Aug.* 1619.
- 9 Idem præcedunt Curato in funeralibus, & alijs processionibus, stola induto. ead. 25. *Iun.* 1611. 30. *Iulij* 1616.
- 10 Non autem, si canonici sine cruce, & consensu capituli, vt singuli incedant. ead. 20. *Novembr.* 1603.
- 11 Canonici Cathedralis non Doctores in congregationibus præferuntur presbyteris Doctoribus ead. 9. *Ian.* 1608.
- 12 Canonici Cathedralis sunt in omnibus, & per omnia præferendi Magistratui sæculari, quando non est de perpetuis, & maioribus ead. 3. *Oct.* 1615.
- 13 Et idem ante Magistratum sunt thurificandi, tam in Cathedrali, quam in alijs Ecclesijs. ead. 16. *Iun.* 1608.
- 14 Referendarius canonicus extra Ecclesiam præcedit etiam Dignitatibus. ead. 4. *Iulij* 1626.
- 15 Canonicus paratus præcedit, etiam Decano. ead. 24. *Oct.* 1603. 26. *Iun.* 1610.

## ADDITIO.

- 1 Episcopus Diocesanus in sua Ecclesia, & Diocesi in consecrationibus, & actibus Pontificalibus exercendis præferendus est alijs Archiepiscopis, & Episcopis, etiam anterioribus,



- 16 Canonici parati assistentes Episcopo præcedunt Vicario Generali. eadem 6. Sept. 1693. 13. Mart. 1608. 27. Februar. 1610. 25. Sept. 1621. & Congr. Episc. 16. May 1600.
- 17 Et sunt thurificandi ante vicarium. Congr. Rit. 3. Aug. 1602. 6. Mart. 1610.
- 18 Posita distinctione præbendarum, in Præsbyterales, Diaconales, & subdiaconales, qui de nouo obtinuerit præbyteralem, debet præcedere habentes Diaconales ead. 11. Apr. & 11. Oct. 1601. 23. Mart. 1602. 17. Junij 1606.
- 19 Consuetudo, vt obtineant locum secundum tempus admissionis, licet præbendæ sint distinctæ, quando omnes sunt præbyteri, & seruiunt in celebrandis Missis, seruanda est. ead. 10. Ian. 1604. 23. May 1603.
- 20 Qui canonicatum dimisit, & aliū acquirit, vltimo loco sedere debet. ead. 2. Mart. 1609.
- 21 Collegiata insignis ab eius erectione præcedit alijs collegiatis antiquioribus. ead. 24. Mart. 1612.
- 22 Collegiata simplex præcedit Parochialibus. ead. 20. Jul. 1602. 23. Mar. 1619.
- 23 Etiam si antequam rigeretur, illius cederet, ead. 25. Febr. 1606.
- 24 Canonici collegiatarum præcedunt alios de clero, & ideo debent thurificari duplici ductu, clerici Parochialiū vnico ead. 19. Ianuar. 1613.
- 25 Idem præcedunt Parochis in funeralibus. ead. 30. Aug. 1602. 2. Aug. 1603. 18. Nouemb. 1606. 9. May 1617. 14. Aug. 1618.
- 26 Præcedunt etiam omnibus Parochis in synodo, & processione: ead. 11. Dec. 1613. 23. Mart. 1619. 4. Apr. 1620. contra Steph. Gratian. Vide Barbof. de canon. cap. 18. nu. 68. & de off. Parochi par. 1. ca. 9. num. 9.
- 27 Canonici quicumque præcedunt Regularibus, etiam in horum Ecclesijs. ead. 12. Mar. 1616. 31. Mar. 1618.
- 28 Prior collegiata, qui est caput capituli, & dignitas vnica, cui solent à Sede Apost. causæ comitti, præcedit Canonico cathedralis. ead. 20. Dec. 1601.
- 29 In Ecclesia collegiata exempta, præsentente vno Canonico cathedralis cū Episcopo, & Abbate Collegiata eiusdē cum suis canonicis, prius incensatur Canonicus: quā Abbas. ead. 7. Febr. 1604.
- 30 Prior absque cura animarum Ecclesiæ Parochialis præcedit alios beneficiatos antiquiores eiusdem Ecclesiæ, tam intra, quā extra Ecclesiam. ead. 5. Iulij 1631.
- 31 Inter plures Parochos, siue Regulares, siue seculares, attenditur prærogatiua Ecclesiarum, non Regulæ. ead. 21. Mart. 1609.
- 32 Inter Parochum à quo, & Parochum ad quem defunctus effectus, præcedentia debetur Parocho ad quem. Ita Roma fit. teste Barbof. de off. Parochi c. 9. n. 11.
- 33 Cælestini præcedunt Oliuetanis. Rot. Rom. 21. Iun. 1625. coram Birat. dec. 877.
- 34 Carmelitani in omni loco præcedere debent Fratribus de Mercede. Congr. Rit. 21. Aug. 1604.
- 35 Capuccini debent cedere iis Regularibus, qui sub propria cruce, & in proprio loco incedebant, antequam ipsi propriam crucem deferrent. ead. 23. Mart. 1619.
- 36 Mendicantes vbique cedunt. Monachis ead. ibid.
- 37 In materia præcedentiārum plurimū defertur consuetudini. Rota apud Seraphinum d. cis. eiusdem 964. etiam si ius resistat.

## Processio.

- 1 Potest Episcopus cum consensu Capituli constituere, & edicere, quod & quā processiones dirigant, & ad quas, ecclesias, perducant, decusum refert Fr. Leo in Thes. par. 4. c. 2. r. 145.
- 2 Vicarius Generalis eandem habet facultatem in decernendis processionibus. decusum refert Barb. all. 73. n. 5.
- 3 Stati dies pro gratiarum actione de beneficio accepto sint, Dominica dies, & Feria v. Prou. 4.
- 4 Pro calamitatibus, Feria iv. vi. & Sabbatum. ibid.
- 5 Fiant semper mane si Episcopo videbitur. Prou. 7.
- 6 Ad publicas processiones, etiam pro bono publico, & honore, possunt compelli Canonici, & alii beneficiati, vel officia Ecclesiastica obtinentes. decusum



- sum à Congr. Conc. 17. Jul. 1597.
- 7 Exempti omnes, tam clerici sæculares quàm regulares, & monachi quicumque ad publicas processiones vocati, accedere compellantur. Trid. *sess. 25. cap. 13.*
  - 8 Iis tantùm exceptis, qui in strictiori clausura perpetuo viuunt. idem *ibid.*
  - 9 Et iis qui ferè vltra medium milliare à ciuitate absunt. Congreg. Concil. 5. *May 1592.*
  - 10 Et iis item, qui sunt nullius Diœcesis, vel nullum officium, seu beneficium in ciuitate, aut Diœcesi obtinent. decisum refert Barb. *loc. cit. nu. 13.*
  - 11 Monachi Cassinenses non tenentur ire ad processiones, nisi iuxta solitum. Cong. Rit. 10. *Junij 1601. & 30. Iulij 1616.*
  - 12 Fratres Ioannis Dei non tenentur ire ad processiones. Gregor. XIV. An. 1591. *in Bullario.*
  - 13 Confraternitates laicorum non tenentur ire, quas tamen Episcopus vocare potest. decisum sapius refert *Quarant. V. precedentiam sine.*
  - 14 Sacerdotes inferuientes Religioni Hierosolymitanae vocari debent, & compelli ad processiones. decisum refert Barbos. *alleg. 78. nu. 11.*
  - 15 Nomine processionum generalium comprehenduntur Rogationes. Congreg. Episc. 12. *Mart. 1601.*
  - 16 Generales processiones à Cathedrali incipiant, vel à maiore loci Ecclesia, & eodem reddant, nisi aliud Episcopo videatur. Prou. 1.
  - 17 Decemnat Episcopus, qui è Clero suo pluuialia induant. Prou. 4.
  - 18 Cruces ferant clerici talari veste induti, cum duobus luminibus. Prou. 5.
  - 19 Canonici Lateranenses ferant crucem cum velo, seu panno appenso. Congreg. Rit. 14. *January 1617.* Salua contraria consuetudine.
  - 20 Capuccini ferre possunt crucem propriam. Paulus V. *An. 1617.*
  - 21 Campana pulsentur dum exit, & redit Clerus. Prou. 4.
  - 22 Item in iis Ecclesiis, per quas transitur *ibid.*
  - 23 Musica instrumenta ne permittantur. *ibid.*
  - 24 Preces in Ecclesia, ad quam itur, fiant à Clero maiori loci, nisi aliud ferat consuetudo. *ibid.*
  - 25 Item Missa ab eodem, si fiat solemnis *ibid.*
  - 26 Non accedentes etiam Regulares, potest punire Episcopus censuris, & pœnis arbitrariis. decisum refert Barb. *supra nu. 25.*
  - 27 Qui non venerit ante inuocationem Sanctissimæ Trinitatis, si Litanie cantantur, habeatur pro absente. Prou. 1.
  - 28 In iis, qui sunt maiorum iussu intra Ecclesiam, Canonicis, & alijs de Choro, ex communi censu residentia tantum detur, quantum dari solet ijs, qui interfunt Horæ Tertie; si longior sit processio, triplum detur. Prou. 4.
  - 29 Alii clerici pœnis mulctentur. *ibid.*
  - 30 Si Eleemosyne iccirco sint distribuenda, fiat distributio, peracta tota processione. *ibid.*
  - 31 Processio SS. Sacramenti conceditur omnibus in quacumq; die infra octauam eiusdem Greg. XIII. *An. 1573.*
  - 32 In Processione, quæ fit in festo Corporis Christi, Eucharistia non deferatur humeris. Congr. Rit. 2. *Junij 1618.*
  - 33 Deferatur à Celebrante; & in Vesperis diei Octauæ (si fit) ab eo, qui cantauit Vesperas modo saltem sit Canonicus in Collegiatis. ead. 12. *Junij 1627.*
  - 34 Si Episcopus eo die non deferat Eucharistiam, Canonici tamen induant sacras vestes. ead. 17. *Martij 1618.*
  - 35 Non deferantur eo casu sanctorum Reliquia. Prou. 4.
  - 36 Tabernaculum gestatoriũ habeat lunulam saltem argenteam auro litam, cum scuto supposito eiusmodi operis vt fragmenta Hostiæ colligi queat. *ibid.*
  - 37 Umbella preciosior adhibeatur. *ibid.*
  - 38 Cerei in manibus Cleri sint vniformes *ibid.*
  - 39 Priores Confraternitatis sanctissimi Sacramenti eant à latere umbellæ post Canonicos, non ante eos. Cong. Rit. 30. *January 1616.*
  - 40 Mares à feminis separatim prosequantur. Prou. 1.
  - 41 Non è fenestris inspiciant laici. Prou. 4.
  - 42 Non exhibeantur spectacula in viis Prou. 1.



- 43 Esculenta, & poculenta vendendi, aut deferendi tollatur abusus. *ibid.*
- 44 Indulgentiæ, si quæ sunt, prænunciuntur à Parochis. *Prou. 4.*
- 45 In Processionibus Regularium, ne ingrediantur eo casu in Ecclesias Monialium sibi subiectarum. *Cong. Episc. 24. Nov. 1617.*
- 46 In eorundem Ecclesijs habentibus claustra fiant Processiones intra claustra tantum. *Cong. Rit. 26. Febr. 1628.*
- 47 Si non habent claustra, fiant prope muros Ecclesiæ, siue exeundo ab vna porta, & intrando per aliam Ecclesiæ portam, siue per eandem. *ead. ibid.*
- 48 Extra ambitum Ecclesiæ nõ licet Regularibus facere processiones, nisi de licentia, consensuue Parochi, saluis priuilegijs, si quæ sunt. *ead. ibid.*
- 49 Processiones Confraternitatum non debent extendi per vias sed circa muros Regularium, qui eas regunt. *Congreg. Rit. ibid. & Congr. Episc. 6. Aug. 1591.*
- 50 Sacratum imaginum vexilla ne laicus ferat, clericus adsit, & possit ferre *Prou. 4.*
- 51 Nulla simulacra B. V. Sanctorumue deferantur, sed imagines tantum ferico panno depictæ, textiliue opere elaboratæ, non obstante inueterata consuetudine. *Prou. 7.*
- 52 Liceat tamen Episcopo, certo loco, & tempore, & certis personis eam facultatem dare, vt imagines, quæ apud populum peculiarem habent veneratorem, circumferri possint. *ibid.*  
*V. confraternitates. nu. 34. 47. 48.*  
*Hæbdonada minor. 5. 14. Regularium iura sub Episcopis. nu. 37. 39.*
- per longum tempus. *Congr. conc. 16. Februar. 1619.*
- 4 Nec obstante etiam immemorabili consuetudine. *Cong. Rit. 24. Aug. 1619.*
- 5 Prima Dignitas habet munus ordinandi Processiones intra, & extra ciuitatem, absente Episcopo, & Vicario, *ead. 10. Ian. 1597.*
- 6 Presbyteri, & clerici cathedralis omnes faciunt vnum corpus cum Canonicis, & sub vna cruce debent incedere. *ead. 28. Nov. 1609.*
- 7 Canonici in processione intra Ecclesiam capite detecto, extra eam cum bireto in capite incedunt. *ead. 3. Mart. 1633.*
- 8 Canonici collegiatæ non debent incedere parati, sicut canonici cathedralis. *ead. 19. May 1607.*
- 9 Theatini, clerici Regulares S. Pauli vulgo Barnabita, Iesuitæ, Pauperes Matris Dei scholarum piarum non tenentur ire ad processiones. *Barbos. de iure Eccl. lib. 1. cap. 4. n. 170. 171. 172.*
- 10 Regulares quantumuis exempti, tenentur accedere ad processiones omnes publicas, & consuetas, aut indictas pro bono publico, & honore, decium refert *Barbos. ibid. num. 158.*
- 11 Fratres B. Io. Dei tenentur accedere. *Congr. conc. 4. Iul. 1615. apud eundem Barbos. ibid. num. 163. corrig. que diximus in Manuali in hoc titulo nu. 12.*
- 12 Debent omnes accedere in numero decenti, debito, & consueto. *Congr. Rit. 30. Aug. 1602.*
- 13 Pœnæ, & censura imponendæ sunt Regularibus in particulari, pro processionibus; non in Decretis: & si deliquerint, non ab Episcopo, sed à Sacra Congr. Episc. debent puniri. *ead. Cong. Episc. 20. May 1616.*
- 14 Fratribus Dominicanis concessa est processio SS. Sacram. in Dominica infra octauam corporis Christi per vias solitas tantum, per quas inceperunt tacere huiusmodi processionem. *Congr. Rit. 14. Nov. 1615. 10. Iul. 1629.*

## ADDITIO.

- 1 IN processionibus edicendis debet Episcopus ipse petere consilium nõ consensum à capitulo *Congr. Rit. 28. Mart. 1628.*
- 2 Absente Episcopo, spectat ad Vicarium Generalem edicere, & dirigere Processiones cum consilio capituli. *Cong. Rit. 28. Sept. 1630.*
- 3 Non obstante, quod capitulum, vel alij sint in quasi possessione contraria *Barth. Guant.*

## Protonotarij.

- 1 Protonotarij partim ipates sunt exempti à iurisdictione Ordinariorum  
M in



- in omnibus, nisi in fragranti crimine deprehendantur Sixtus V. An. 1585.
- 2 Extra Curiam in Missa solemniter possunt uti mitra, & aliis quibuscumque Pontificalibus insignibus etiam in Cathedralibus Ecclesijs, de illorum Praefulum consensu, si praesentes sunt, si absentes, absque eorum consensu, & eis requisitis. Idem *ibid.*
  - 3 Item possunt facere sibi celebrare Missam in loco conuenienti, etiam non facto, & tempore cuiusvis Interdicti; cui interesse quoque possunt familiares eorum. Idem *ibid.*
  - 4 Si post decennium resignauerint officium Protonotariatus, adhuc per quinquentium gaudent praedictis priuilegijs, extra Vrbem. Idem *ibid.*
  - 5 Nam in Vrbe Rochetto tunc non utuntur, ut prius, neque locum habent, ut antea. Idem *ibid.*
  - 6 Praecedunt adhuc quoscumque Praelatos, exceptis Auditoribus Rotae, & Clericis Cam. Apostol. Idem *ibid.*
  - 7 Sufficit, quod per triennium fuerint de Collegio Protonotariorum, ut gaudeant praedictis Priuilegijs. Urb. VIII. Anno 1629.
  - 8 Possunt deferre pileum nigrum cum cordulis violaceis circum ornatum, & etiam serico violaceo suffultum cum floccis, & ornamentis eiusdem coloris. Congr. Rit. 17. Febr. 1627.
  - 9 Praecedunt, & sedent post Episcopos supra Canonicos, tam Patriarchalium in Vrbe, quam Cathedralium extra Vrbem. Congr. Rit. 4. Maii 1613.
  - 10 Protonotarij Apostolici non participantes sub Ordinarijs sunt tanquam delegatis Sedis Apostolicae. Trident. sess. 24. cap. 11.
  - 11 Qui ex priuilegio violaceis utuntur vestibus, si Canonici sunt possunt deferre intimam vestem violaceam sub cotta, & almuta. Congr. Rit. 14. Ianuar. 1612. & 11. Decembr. 1627.
  - 12 Qui deserunt Rochetum sub cotta tanquam Protonotarij, & Canonici simul, non licentur distributiones. eadem 12. Decembr. 1626.
  - 13 Non possunt uti habitu Praelatio in Choro, si Canonici sint, vel Dignitates alias amittunt distributiones. eadem
17. Iunii 1623.
  - 14 In processionibus, si non sunt Canonici, possunt incedere cum mantelletto, & Rochetto. ead. 18. Iul. 1626.
  - 15 Non possunt benedicere paramenta. ead. 17. Iulii 1627.
  - 16 Non possunt in Missa gestare anulum. ead. 11. Febr. 1623.
  - 17 Neque debent fumere paramenta de altari. ead. 6. Martii 1610.
  - 18 De loco, & fede eorumdem. *V. Praeidentia. num. 18. 31. V. Index Synodalis. nu. 8.*
- ### A D D I T I O.
- 1 Protonotarius de non participantibus potest uti mantelletto coloris violacei. Congr. Rit. 18. Iulij 1626.
  - 2 Neque potest prohiberi in Ecclesijs, & functionibus Ecclesiasticis. ead. 28. Sept. 1630. & 5. Iulij 1631.
  - 3 Potest apponere pileum super insignibus, decifum refert. 21. Aug. 1601. Barb. de iure Eccl. li. 1. ca. 23. nu. 29.
  - 4 In civilibus est exemptus a iurisdictione Ordinarij quoad causas excedentes summam 25. Ducatorum ex Bulla 8. Leonis X. decifum refert. 14. Dec. 1630. idem *ibid.* nu. 35.
  - 5 Et licet seruitio alicuius Ecclesiae non sit adscriptus, incedens in habitu clericali gaudet priuilegio Fori, tam in civilibus, quam in criminalibus, decifum refert idem *ibid.* nu. 36.
  - 6 Potest in Missa gestare anulum, sed sine gemma. Congr. Rit. 21. Aug. 1601.
  - 7 Protonotarius, qui sit prima Dignitas potest deferre in choro Rochetum cum mantelletto. ead. *ibid.*
  - 8 Potest esse Conseruator, decifum refert Barb. l. cit. cap. 23. nu. 28.
- ### Punctatores.
- 1 Quatuor sint: duo, quorum alter a Capitulo, alter ab Episcopo, notent absentiam, & errata Canonico: tertius Mansionariorum, quartus, qui peccantes contra Episcopi leges notent. Prou. 1.
  - 2 Episcopus eligere potest, quem uoluerit, idoneum clericum. *ibid.*
  - 3 Potest cogere quoscumque ad hoc manus.



- munus. *ibid.*
- 4 Iurent initio officii, & in Synodo Diecesana, lectis prius Tabellis errorum statutis. Prou. 4.
  - 5 Trimestre sit eorum officium, nisi prorogetur. *ibid.*
  - 6 Singulis diebus, si opus est, post officium diuinum errata singula exponantur à punctatore, vt præfectus diiudicet, nisi aliud Episcopo videatur circa hunc morem. *ibid.*
  - 7 Singulis Hebdomadis duo primi cõferant inter se, quæ notarint, & concordent. Prou. 1.
  - 8 Si discordent, Episcopus, aut Vitiarius sine forma iudicij componat. *ibid.*
  - 9 In fine anni fiat computatio eorum Deputatis à Capitulo. Prou. 3.
  - 10 Si aliquem iniuria notarint, vel notandum prætermiserint, satisfaciant de suo, & integras vnus hebdomadæ amittant distributiones. Prou. 1.
  - 11 Custodiantur libri punctationem, & singulis mensibus Episcopo, & Capitulo, si videbitur, exhibeantur. *ibid.*

A D D I T I O.

**P**rotest Episcopus cogere Canonicos ad iuramentum de punctando fideliter in choro. *Congr. conc. 17. Marty. 1619. apud Barbos de canon.*

Quadragesima.

- 1 **I**N Dominica Quadragesimæ publicetur Decretum sequens.
- 2 Qui post mediam noctem, quæ diem quadragesimæ procedit, cibus vescitur prohibitis, aut personatus incedit, puniatur, arbitrio Episcopi, pœna interdicti. Prou. 7.
- 3 Signum autem mediæ noctis exactæ maiori campana detur. *ibid.*
- 4 In prima Dominica Quadragesimæ publicentur excommunicationes omnes à sacris Canonibus impostæ, & in Bulla cœnæ præsertim, & quæ Episcopo sunt referuata, summam. Pro. 3.
- 5 Parochi initio Quadragesimæ cõuocent populos, & agant, vt concilientur dissidentes, concubinarij reuocentur, aberrantes reducantur. Prou. 5.

- 6 Excitentur populi ad feueriorẽ morum disciplinam in vestibus, colloquijs, operibus pœnalibus, separatione thori, venationibus, delicijs, & conuiujs. *ibid.*
  - 7 Dedant se orationi, eleemosynis, frequentiori sacramentorum vsui, octauo quoque die. *ibid.*
  - 8 Mane à forensibus iudicijs abstineat. Prou. 4.
  - 9 Concionis tempore officinæ ne pateant. Prou. 5.
  - 10 Qui cibus vetitis vescuntur, ne publicè comedant, etiam à suis separatim. Prou. 2.
  - 11 Ne cibi vetiti venales proponantur, sed certis tantum constitutis locis. Prou. 5.
  - 12 Neque tabernatum, valuis omninò patentibus, neque in foro, neque in via publica. *ibid.*
  - 13 Nec nisi ab iis, qui vendendi facultatem habent, & in scriptis ab Episc. *ibi.*
  - 14 Neque omnis carnis genus, nisi quod est vsui ægrotis. *ibid.*
  - 15 Neque omnibus, nisi scripto emendi facultatem habentibus, quæ facultas cesset, causa cessante. *ibid.*
  - 16 Facultas detur per dies decem, & iterum, & deinceps. *ibid.*
  - 17 Cauponæ, Tabernarii ne dent cibos vetitos, nisi nominatos in licetia scripta neque viatoribus quibuscumq; *ibid.*
  - 18 Neque patiantur aliunde coctos apportari. *ibid.*
  - 19 Pœna infligantur grauissimè violatoribus. *ibid.*
- V. Benedictio num. 14. Excommunicatio. n. 34. Pœnis. num. 9.*

Quæstores.

- 1 **Q**uæstores ij sunt, qui quæstum sibi referunt. Bald. apud Barbos. *alleg. 109. num. 6.*
- 2 Regulares quæstuant extra loca, vbi habent monasteria, tenentur ostendere Episcopo loci licentiam suorum superiorum. decisum refert Barb. *na. 8.*
- 3 Laici non possunt quærere eleemosynas pro aliqua causa, nisi cognita per Episcopum Barb. *ibid. nu. 9.*
- 4 Omnes Indulgentiæ quæstuarie reuocatae sunt à Pio V. refert Barb. *nu. 12.*

M 2 5 Pra-